



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Princeps Christiano-Politicus Septem donis Spiritus sancti
instructus Anno M.DC.LVI.**


Faust, Reinhard

Herbipoli, 1667

Caput IV. Fortitudinis Victoria.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55326)



CAPUT IV.

Fortitudinis Victoria.

Nobilissima pacis genitrix,
 utilitatis & honestatis pro-
 creatrix est fortitudo: quæ om-
 nium incommodatum victo-
 ria, post bellicas etiam calamita-
 tes devictas, rerum pub. unicum
 penè emolumentum est & orna-
 mentum. Percurre unà mecum
 castra, exercitus perlustra, da-
 mna, cruditates, excidia, inter-
 neclones attende, & omnium
 istarum miseriarum victricem
 & triumphatricem reperies for-
 titudinem. Bellum præter du-
 bios eventus Principum æraria
 exhaurit, calumnias gignit, fce-
 lera

116 DISCURSUS IV.

lera & scelerum impunitatem
 infert; hac in disciplina & salus
 regis, & regni periclitatur. Hæc
 & sexcenta alia vincit fortitu-
 do. Si miles linguâ magis & fau-
 cibus, quàm velitationibus; ma-
 gis vitiorum insolentiâ!, quàm
 ferro dimicet, vincit istam im-
 pudentiam fortitudo. Si Dux
 belli non tam regi, quàm regis
 spoliis, non tam justæ causæ,
 quàm suo honori intentus sit,
 vincit istam iniquitatem forti-
 tudo; si & Dux & miles, socio
 surripere, quàm hosti, doctiores,
 atque ad fugam, quàm ad pu-
 gnam aptiores fuerint, vincit
 istam injuriâ fortitudo: Si uterq;
 inexpertus, ignarus, infausto
 eventu perterritus, non tam re-
 gem

DE FORTITUDINE. 117

gem victorem, hostemque victum, quàm bellimoras, provinciarum vastitatem, fortunarum suarum augmenta, vindictæ occasionem, honorum suorum continuationem intēdant, vincit istam fraudulentiam & dolositatem fortitudo. Magnæ sane sunt calamitates belli, plagæ magnæ, quæ etiam à justa defensione bellatorem robustum & generosum absterreant. Attamen efficit fortitudo, ut vir fortis, obducto miseriarum callo, plagas istas non æstimet: Regni vastitatem, animorum squalores, injuriarum exercitationes, suimetipsum penè & regni excidium perferat. Siquidem viro forti ipsa etiam mors altera vita esse

esse debet. Animosè igitur sustinendum est illud calamitatis bellicæ patagium, modò necessitate compulsus Princeps bellum suscipiat, generosè vitia & hostes oppugnet, sub suis signis impunitatem sceleris permittat nulli, ne idem flagitium sæpiùs incassum castigare videatur. Victoria sanè ejus erit, qui prior malis occurrerit. Æmilius Probus nunquam, nisi coactus necessitate, & utilitate persuasus acie confligit: Fabius cunctator sedendo, invicti alioquin Hannibalis effectus est Victor; severi enim in vitia, pii in patriam fuerunt. Quicumque ad hoc fortitudinis exercendæ theatrum protrusus est, quicumq; ad hanc bel-
line.

DE FORTITUDINE. 119

linecessitatem compulsus est, à
ratione ducat exordium, tar-
dum consilium celeris executio
excipiat; utendum est arte mili-
tari etiam fortissimo, non ad vi-
tia alenda, non ad fines injustè
extendendos, sed ad justitiam
unicuique distribuendam; in
cursu sagacitate, patientiâ & di-
sciplinâ utatur, & victoriâ potie-
tur. Justitia belli esse debet non
ratio justitiæ adumbrata, reli-
gionis in Deum obligatio, non
ejus prætextus, non regionis de-
siderium, suorum in jure & li-
bertate conservatio, non præ-
tensæ libertatis larva, si à Deo
felicem belli eventum speres.
Qui regnandi libidine, qui alter-
candi studio alienis insidiatur li-
miti-

mitibus, alienis sceptris & dignitatibus inhiat, nisi à tanta ambitione, invidiâ & iniustitiâ adhibito conatu fuerit impeditus, injuriæ omnis iniustitiæque vindex Deus insolentem in alienis juribus possessorem & triumphatorem novo bellandi modo, malo rerum usu, corporis eluvie, famæ jacturâ, bonorum incendio, spoliolorum naufragio, suorum penè infami intereptione, fame, mortalitate, totiusque status sui pristini, præsentis, & futuri everfione, in viri fortis & sui victoris favorem castigabit: & hanc cladem infert patientia: hæc tam laboriosa de hoste victo & victore statuit trophæa, fortitudo.